



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 127. Renatus Benedictus revocata sua palinodia ad Regis Curiam  
appellans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

§. CXXVII.

*Renatus Benedictus revocata sua p[ro]n-  
nodia ad regis Curiam appellans.*

Argentrep.  
405. & 409.

**T**um Renatus Benedictus ad Regis Curiam provocabat, quia ibidem multos amicos numerabat, quos sibi suæ eruditione, & ingenti facundia conciliabat: præcipue vero Episcopi benevolentiam aucupabatur, eoquod in animarum cura excellens Pastor, atque exacte cuncta ministerii sui munia obisse crederetur: eapropter horum peritrocinio fretus, audacter Senatus decreto obstitit, quæ illius repugnantia feria quarta die quinta Octobris facta per Martinum Petrum Leberum præfati Benedicti Procuratorem Magistro Jacobo Fabro Doctori, Rectori, & Facultatis Syndico significabatur, ubi præfatus Leberus Fabro in suo cubiculo in Sorbonnæ Collegio collocutus eundem interpellabat, ut libellum a dicto Benedicto Facultati prima Octobris die porrectum eidem traderet, unacum Facultatis responso ad præfatum libellum dato: præterea idem Procurator nomine Benedicti declarabat, quod sibi, prout bene visum fuerit, prospicere possit, ac contra existimati decreti executionem, quam fieri præfatus Syndicus a secretiori Regis Senatu petebat, se oppositurus



turus sit, atque etiamnum se opponat Sæcul. XVI.  
 ejusdem promulgationi, si vero hoc præ- A. C. 1569.  
 tensum dictæ Facultatis decretum ad  
 acta referre attentarent, Benedictum  
 obluaturum indicabat, simul postu-  
 lans, ut conclusiones, ac præfatæ Fa-  
 cultatis deliberationes eidem tradantur,  
 juxta quas ad secretiorem Senatum  
 provocavit, cum præjudicio jurisdic-  
 tionis, quæ adhuc in Curia exercebatur.  
 Ad hæc Syndicus reposuit, quod hoc  
 scriptum Facultati traditurus sit, ut ea  
 congruum desuper responsum daret:  
 porro cum hæc omnia ferventibus bel-  
 lis civilibus, quæ Franciam dire agita-  
 bant, gererentur, aliunde vero Episco-  
 pus, ac Parisiensis Curia palam Renato  
 Benedicto patrocinentur, hinc tam  
 ejus submissio, quam Senatus decretum  
 suo caruere effectu: insuper etiam ipsa  
 Bibliopolarum citatio, qua comparere,  
 atque suæ oppositionis causas allega-  
 re jubebantur, prorsus inutilis evasit,  
 hacque ratione hoc anno in præfata  
 causa haud ulterius proce-  
 debatur.



HISTO-